

nesciat ea, quæ scire non potest: unde horum ignorantia *invincibilis* dicitur, quia studio superari non potest: & propter hoc talis ignorantia, cum non sit voluntaria, eo quod non est in potestate nostra eam repellere, non est peccatum. Ex quo patet, quod nulla ignorantia *invincibilis* est peccatum: ignorantia autem *vincibilis* est peccatum, si sit eorum, quæ aliquis scire tenetur; non autem si sit eorum, quæ quis scire non tenetur.

*Ad Primum* ergo dicendum, quod sicut supra dictum est (Quæst. LXXI, Art. VI. ad 1.) in hoc quod dicitur *dictum vel factum vel concupitum*, sunt intelligendæ etiam negationes oppositæ, secundum quod omisso habet rationem peccati; & ita negligentia, secundum quod ignorantia est peccatum, continetur sub prædicta diffinitione peccati, in

\* Putida sane altercatio, qui scientiæ voce utitur pro quavis *notitia*, nequam immutat vim ejus vocis: scientia enim multo sapius vere significat notitiam, quam demonstrationem: maxime in moralibus quotidie.

Log.) in scholis philosophorum receptum; ab eodem quoque temere non discedendum fuit (§. 142. Disc. prælim.) ac idem in philosophia quoque practica retinendus (§. 143. Disc. prælim.) præsertim cum nulla necessitas nos adigat ad eum immutandum. \* Enimvero qui ignorantiam per scientiæ negationem definiunt; idem tamen nobiscum sentiunt, in verbis discrepantes, in re consentientes. Etenim negant in exemplo dato, eum cui deesse dicunt scientiam psittaci, vel quod is saccharo vescatur, carere notione psittaci, quo audito vocabulo eundem sibi tanquam præsentem repræsentare valeret; vel carere notione complexa, qua sibi psittacum tanquam saccharo vescentem repræsentare valet. Quodsi equidem vi imaginationis sibi psittacum tanquam saccharo vescentem repræsentare valet phantasmatum combinatione (§. 142. Psychol. empir.); abest vero notio veritatis propositioni respondentis, seu possibilitatis illius notionis; ignorat tamen, num propositio hæc vera sit; psittacus saccharo vescitur. Nimirum aliud est ignorare aliquam

in quantum prætermittitur aliquid quod debuit dici, vel fieri vel concupisci ad scientiam debitam acquirendam.

*Ad Secundum* dicendum, quod privatio gratiæ, etsi secundum se non sit peccatum, tamen ratione negligentia præparandi se ad gratiam potest habere rationem peccati, sicut & ignorantia, & tamen quantum ad hoc est dissimile, quia homo potest aliquam scientiam acquirere per suos actus, gratia vero non acquiritur ex nostris actibus, sed ex Dei munere.

*Ad Tertium* dicendum, quod sicut in peccato transgressionis peccatum non consistit in solo actu voluntatis, sed etiam in actu voluto, qui est imperatus à voluntate: ita in peccato omissionis non solum actus voluntatis est peccatum, sed etiam ipsa omisso, in quantum est æqualiter voluntaria: Et hoc modo ipsa negligentia sciendi, vel etiam ipsa inconsideratio est peccatum.

quam propositionem, aliud vero ignorare, utrum propositio aliqua vera sit, nec ne. In casu priori notionem, quæ eidem respondet, formare non possumus; in casu posteriori abest notio possibilitatis notionis formata. Quodsi quis propositionem enunciare audiverit, in casu priori non intelligit, quid dicatur; in posteriori quid dicatur equidem intelligit, sed non novit, utrum recte affirmetur, an negetur, quod affirmatur, vel negatur. Differentia hæc probe notanda est in philosophia practica, quemadmodum ex sequentibus elucescet. Quamobrem eam inculcari necesse erat. Quando scilicet in definitione ignorantia dicimus, abesse notionem judicio respondentem, tam notio propositioni intelligendæ inserviens, tam notio possibilitatis ejusdem intelligitur.

## §. 28.

Ignorantia dicitur *vincibilis*, quæ evitari potest, modo velimus: *Invincibilis* vero est, quam evitari non possumus, vel non potuimus.

Si quis in Academia studiis litterariis operam navat, in qua mathemata perspicue traduntur;

Ad

C



*Ad Quartum* dicendum, quod licet transeunte reatu per penitentiam remaneat ignorantia, secundum quod est privatio scientiæ, non tamen remaneat negligentia secundum quam ignorantia peccatum dicitur.

*Ad Quintum* dicendum, quod sicut in aliis peccatis omissionis solo illo tempore homo actu peccat, pro quo præceptum affirmativum obligat; ita est etiam de peccato ignorantia: non enim continuo ignorans actu peccat, sed solum quando est tempus acquirendi scientiam, quam habere tenetur.

### Articulus III.

Utrum ignorantia excuset ex toto à peccato.

**AD TERTIUM** sic proceditur. Videtur quod ignorantia ex toto excuset à peccato, quia, ut Augustinus dicit (Lib. I. Retractat. Cap. I.) *omne peccatum voluntarium est*: sed ignorantia causat involun-

duntur; is rerum mathematicarum cognitione animum imbuere valet, modo velit: supponimus enim, non deesse illam aptitudinem, quæ ad mathemata capienda requiritur. Quodsi ergo illorum tractationem negliget, mathematicum profus imperitus discedat: eorum ignorantia, qua laborat, vincibilis erat. Enim vero si quis nec in scholis, nec in Academia incidit in doctorem, à quo mathematicorum demonstrationes doceri poterat, nec librorum mathematicorum copia ipsi fiat, quibus conspectis matheseos addiscendæ cupido suscitari posset; hujus ignorantia, qua laborat, pro invincibili habenda. Multa ab hominibus fiunt propter ignorantiam, quæ recta non sunt; non tamen ideo excusanda, quod ignorantiam evitare poterant, imo debebant. Quamobrem maximi momenti est in omni philosophia practica & negotiis humanis, ut ignorantia vincibilis ab invincibili probe separetur.

#### §. 29.

Ignorantia vincibilis accensenda est actionibus liberis in casu singulari. Etenim si quis ignorantia ejus laborat, cujus in dato casu singulari meminisse debebat; fieri

*luntarium*, ut supra habitum est (Quæst. VI. Art. VIII.) Ergo ignorantia totaliter excusat peccatum.

2. Præterea, id quod aliquis facit præter intentionem, per accidens agit: Sed intentio non potest esse de eo, quod est ignotum: Ergo id, quod per ignorantiam homo agit, per accidens se habet in actibus humanis: sed quod est per accidens, non dat speciem: Nihil ergo, quod est per ignorantiam factum, debet judicari peccatum vel virtuosum in humanis actibus.

3. Præterea, Homo est subiectum virtutis & peccati, in quantum est particeps rationis: Sed ignorantia excludit scientiam, per quam ratio perficitur: Ergo ignorantia totaliter excusat à peccato.

**SED CONTRA** est, quod Augustinus dicit in Libro de Libero arbitrio (III. Cap. XVIII.) quod *quædam per ignorantiam facta*

fieri non potest, ut ejusdem meminisset. Quamobrem si ea fuerit vincibilis; eandem evitare potuisset, modo voluisset (§. 28.) consequenter quod non meminisset, a voluntate ejus, quam liberam esse constat (§. 942. Psychol. empir.), pendet (§. 56. 851. ontol.) Est igitur ignorantia vincibilis actio privativa libera (§. 24.) adeoque in casu singulari actionibus liberis recte accensetur.

Nimirum cessant operationes intellectus in dato casu singulari, quod nolueris eam tibi comparare notitiam, quam poteris. Quodsi enim hanc acquirere studuisses, ejus memor de re præsentis iudicium non omisisses, quod defectu principii ad judicandum necessarii jam nullum est. Cessatio iudicii actio privativa est (§. 24.) Cessat autem voluntate tua, quatenus voluntate tua tibi deficit principium, sine quo iudicio locus esse nequit. Quamobrem cum in volendo liber sis (§. 942. Psychol. empir.) actio illa privativa libera est. Probe notandum, ubi inquirimus, utrum in actiones nostras five positivas five privativas influat libertas, nec ne, non sufficere, animum ad immediatam actionis à libertate dependentiam adverti, sed habendam quoque



*facta recte improbantur*: Sed solum illa recte improbantur, quæ sunt peccata: Ergo quædam per ignorantiam facta sunt peccata: Non ergo ignorantia omnino excusat à peccato.

### CONCLUSIO.

*Ignorantia consequens vel concomitans actum peccati, non excusat à peccato: Ignorantia vero, quæ causa est actus peccati, excusat, sed non ex toto, nisi sit ignorantia invincibilis, vel ejus, quod quis scire non tenetur.*

RESPONDEO dicendum, quod ignorantia de se habet, quod faciat actum, quem causat, involuntarium esse. Jam autem dictum est (Artic. I. & II) quod ignorantia dicitur excusare actum, quem scientia oppo-

rationem esse dependentiæ quantumlibet remotæ. Unde facile intelligitur, haud raro acumine opus esse, ut actionis præsertim privativæ dependentiam à libera voluntate detegas. Absit autem ut pro inanibus subtilitatibus habeas, quæ de remota actionum privativarum à libertate dependentia dicuntur \*! Patebit enim deinceps, ubi de imputatione agetur, quæ maximi momenti est in omni philosophia practica, & Juris quoque praxi, eam probe perspectam esse debere. Imo Theologo quoque eam scrutari convenit, ne peccatorum numero eximantur, quæ in eodem sunt. Ceterum ignorantia tanquam actionis privativæ habenda ratio est, ubi actio editur, quæ cessare poterat, vel vice versa cessat, ubi edi poterat, nisi quis ignorantia laborasset, aut etiam quæ edi poterat, à rectitudine deficit, propterea, quod ignoras ea, quæ nosse debebas aliter acturus.

*Post alios duos §§. de Errore tanquam ignorantia composita, pergit.*

§. 32.

\* Davus hanc rem pro subtilitate habuerit. Neque hæc subtilitas vitio vertitur Wolffio, sed methodus. Hæc capitalis doctrina imprimis debebat initio pro regula poni, non detrudi in angulum alicujus scholii: Deinde debebat eam mathematice decem remissionibus demonstrare Wolffius, si vel suæ methodo insistere voluisset.

opposita prohibebat; & ita talis actus, si scientia adesset, esset contrarius voluntati, quod importat nomen *involuntarii*; si vero scientia, quæ per ignorantiam privatur, non prohiberet actum propter inclinationem voluntatis in ipsum; ignorantia hujus scientiæ non facit hominem *involuntarium*, sed *non volentem*, ut dicitur in III. Ethicor. cap. 1. & talis ignorantia, quæ non est causa actus peccati, ut dictum est (hic & Art. I.) quia non causat *involuntarium*, non excusat à peccato. Et eadem ratio est de quacunque ignorantia non causante, sed consequente vel concomitante actum peccati. Sed ignorantia, quæ est causa actus, quia causat *involuntarium*, de se habet, quod excuset à peccato; eo quod voluntarium est de ratione peccati.

Sed quod aliquando non totaliter excuset à peccato, potest contingere ex duobus. *Uno modo* ex parte ipsius rei igno-

### §. 32.

Operationes intellectus in numero actionum liberarum sunt, quando ex decreto animæ, seu ab anima eliciuntur. Etenim si ab anima volente eliciuntur, ideo v. gr. judicas, vel ratiocinaris, quod judicare vel ratiocinari vis. Quamobrem cum anima sit libera in volendo (§. 942. Psychol. empir.); libertas animæ rationem continet, cur jam judices, vel ratiocineris (§. 56. Ontol.), consequenter judicii vel ratiocinii actus à libertate animæ pendet (§. 8. 1. Ontol.) Atque adeo liquet, operationes intellectus in numero actionum liberarum esse, quando ab anima volente eliciuntur.

Absit tamen, ut hinc tibi persuadeas, intellectum esse liberum in judicando & ratiocinando, & ita judicare ac ratiocinari, prouti jusserit voluntas; neque enim in intellectu major libertas est, quam in manu, dum ad nutum animæ movetur, hoc est, nulla. Libertas non competit, nisi voluntati: actiones ceteræ animæ tales sunt, quales à facultatibus suis esse permittuntur, & motus organorum corporis ii sunt, qui per mechanismum eorundem perfici possunt. Sunt autem illæ actio-



ignorata: in tantum enim ignorantia excusat à peccato, in quantum ignoratur, aliquid esse peccatum: Potest autem contingere, quod aliquis ignoret quidem aliquam circumstantiam peccati, quam si sciret, retraheretur à peccando, sive illa circumstantia faciat ad rationem peccati, sive non; Et tamen adhuc remanet in ejus conscientia aliquid, per quod cognoscit, illud esse actum peccati; puta, si aliquis percutiens aliquem sciat quidem, ipsum esse hominem (quod sufficit ad rationem peccati) non tamen scit, eum esse patrem, quod est circumstantia constituens novam speciem peccati; vel forte nescit, quod ille se defendens repercutiet eum, quod si sciret, non percuteret; quod non pertinet ad rationem peccati. Unde licet talis propter ignorantiam peccet, non tamen totaliter excusatur à peccato, quia adhuc remanet ei cognitio peccati.

*Alio*

actiones liberæ animæ, hi corporis, quatenus non ponuntur, nisi posita animæ libera voluntate. Unde actiones liberæ definitivimus per eas, quæ à libertate animæ pendent, quatenus nempe absque libera voluntate non intelligitur, cur edantur, vel, si privativæ fuerint, omittantur, & sic libertas influit in earum actualitatem.

*Hinc miscet de diversis rebus §§. Quinque. Dein sequitur.*

§. 39.

Nolitio cessans ob ignorantiam vel errorem vincibilem accensenda actionibus liberis privativis. Quoniam nolitio est actio positiva (38.), si ea cessat, actio positiva cessat, consequenter cessatio nolitiois tanquam actionis animæ convenientis (§. 882. Psychol. emp.), actio privativa est (§. 24.) Eminvero ignorantia (§. 29.) & error vincibilis in casu singulari accensentur actionibus liberis (§. 31.) Quam obrem etiam cessatio nolitiois ob ignorantiam & errorem vincibilem liberis actionibus privativis accensenda veniunt.

*Nimi-*

*Alio modo* potest hoc contingere ex parte ipsius ignorantia, quia scilicet ipsa ignorantia est voluntaria, vel *directe*, sicut, cum aliquis studiose vult nescire aliqua, ut liberius peccet; vel *indirecte*, sicut cum aliquis propter laborem, vel propter alias occupationes negligit addiscere id, per quod à peccato retraheretur: talis enim negligentia facit ignorantiam ipsam esse voluntariam & peccatum; dummodo sit eorum, quæ quis scire tenetur & potest; & ideo talis ignorantia non totaliter excusat à peccato.

Si vero sit talis ignorantia, quæ omnino sit involuntaria, sive quia est invincibilis, sive quia est ejus, quod quis scire non tenetur, talis ignorantia omnino excusat à peccato.

*Ad Primum* ergo dicendum, quod non omnis ignorantia causat *in voluntarium*, sicut supra dictum est (Quæst. VI. Art. VIII.) Unde non omnis ignorantia totaliter excusat à peccato.

*Ad*

Nimirum si quis ignorantia vel errore non laboraret, id nollet, quod jam nolle omittit. Quamobrem cum libera censeatur, quæ ignorantia vel errore vincibili proficiscitur; cessatio quoque nolitiois pro libera actione privativa recte habetur.

§. 40.

Si averfatio sensitiva cesset ob ignorantiam vel errorem vincibilem, actionibus liberis accensenda. Ostenditur eodem prorsus modo, quo propositionem præcedentem demonstravimus.

Nimirum si quis ignorantia vel errore vincibili non laboraret, id jam averfaretur, quod averfari omittit. Quoniam itaque libere omitti censeatur, quod ob ignorantiam vincibilem vel errorem vincibilem omittitur, quatenus scilicet in potestate tua positum erat efficere, ut non omittetur; cessatio quoque averfationis sensitivæ ob ignorantiam vincibilem vel errorem vincibilem omittitur, quatenus scilicet in potestate tua positum erat efficere, ut non omittetur; cessatio quoque averfationis sensitivæ ob ignorantiam vel errorem vincibilem pro libera reputanda. Aliter sese

*se*



*Ad Secundum* dicendum, quod in quantum remanet in ignorante de voluntario, in tantum remanet de intentione peccati. Et secundum hoc non erit per accidens peccatum.

*Ad Tertium* dicendum, quod si esset talis ignorantia, quæ totaliter usum rationis excluderet, omnino à peccato excusaret; sicut patet in furiosis & amentibus: Non autem semper ignorantia causans peccatum est talis: Et ideo non semper totaliter excusat à peccato.

### Articulus IV.

Utrum ignorantia diminuat peccatum.

**AD QUARTUM** sic proceditur.

Videtur quod ignorantia non diminuit peccatum. Illud enim quod est commune in omni peccato, non diminuit peccatum: sed ignorantia est communis in omni peccato. **Dicit**

se res habet in hominibus, quam in brutis. Bruta enim, cum ratione (§. 762. Psychol. rat.) & libertate agendi destituuntur (§. 763. Psychol. rat.); nec ignorantia vincibilis, nec error vincibilis in ea cadit, consequenter nec averfatio sensitiva in iis unquam cessat ob ignorantiam vel errorem vincibilem, sed quicquid averfantur, necessario averfantur, & quando cessat averfatio sensitiva, nec in eorundem potestate positum erat efficere, ne cessaret. In homine, qui ratione (§. 454. 451. Psychol. rat.) ac voluntate libera pollet (§. 942. Psychol. empir.), averfatio sensitiva efficitur à ratione & libera voluntate dependens. Quatenus igitur hoc efficere libere omittimus, à libertate utique pendet, quod jam cesset averfatio sensitiva. Appetitus sensitivus & averfatio sensitiva in concordiam cum rationali reduci possunt ac debent. Magnum igitur momentum in eo situm est, quod averfatio sensitiva cesset cum averfatione rationali seu nolitione concordans. Aliàs nimirum accidit, ut appetitus sensitivus prævaleat adversus rationalem: id quod in casu opposito metuendum minime fuerat. Absit igitur ut quis sibi persuadeat, inanes fingi subtilitates, **quic**

cit enim Philosophus in III. Ethicor. quod *omnis malus est ignorans*: Ergo ignorantia non diminuit peccatum.

2. *Præterea*, Peccatum additum peccato facit majus peccatum: Sed ipsa ignorantia est peccatum, ut dictum est: Ergo non diminuit peccatum.

3. *Præterea*, non est ejusdem aggravare & diminuere peccatum: Sed ignorantia aggravat peccatum, quoniam super illud Apostoli Romanor. II. *Ignoras, quoniam benignitas DEI &c.* Dicit Ambrosius; *Gravissime peccas, si ignoras.* Ergo ignorantia non diminuit peccatum.

4. *Præterea*, si aliqua ignorantia diminuit peccatum, hoc maxime videtur de illa, quæ totaliter tollit usum rationis: Sed hujusmodi ignorantia non diminuit peccatum, sed magis auget; dicit enim Philosophus in III. Ethicorum, quod *ebrius meretur duplices maledictiones*: **Ergo**

quibus in moralibus tuto carere poteramus.

*Post hæc Wolffii sequuntur paragraphi tredecim de rebus variis ex abrupto semper inceptis sine connexionione ad priora: nempe de fine, de perfectione. Tum sequitur §. 53. qui potest buc pertinere.*

### §. 53.

Actiones liberæ vel bonæ sunt vel malæ. Etenim actiones liberæ vel tendunt ad perfectionem hominis, vel ad ejusdem imperfectionem (§. 50.); aliæ tendunt ad perfectionem status externi vel ad imperfectionem ejusdem (§. 51.), & ubi status externus perficitur perfectionis nostræ acquirendæ, vel jam acquisitæ conservandæ ac augendæ gratia, quæ ad perfectionem status nostri externi tendunt simul ad perfectionem nostri tendunt (§. 52.) Enimvero bona est actio, quæ nos statumque nostrum externum perficit (§. 554. Psychol. empir.), mala vero, quæ nos statumque nostrum externum imperfectiorem reddit (§. 565. Psychol. empir.). Actiones itaque liberæ vel bonæ vel malæ sunt. **D** **Non-**



Ergo ignorantia non minuit peccatum.

SED CONTRA, quidquid est ratio remissionis peccati, alleviat peccatum: Sed ignorantia est huiusmodi, ut patet I. ad Timoth. *Misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci.* Ergo ignorantia diminuit vel alleviat peccatum.

### CONCLUSIO.

*Ignorantia peccantis sicut ipsum voluntarium, ita etiam ipsum peccatum vel auget vel minuit: Illa siquidem ignorantia, quæ directe & per se voluntaria est, peccatum auget: Quæ vero indirecte tantum vel per accidens voluntaria est, ipsum diminuit,*

RESPONDEO dicendum, quod, quia omne peccatum est voluntarium, in tantum ignorantia potest diminuere peccatum, in quantum diminuit voluntarium: Si autem voluntarium non diminuatur, nullo modo dimi-

Nondum inquirimus, utrum dentur actiones liberæ, quæ neque bonæ sunt, neque malæ, sed indifferentes, quod scilicet neque nos statumque nostrum perfectiorem neque imperfectiorem reddant, sed ad utrumque sese indifferentes habeant: neque enim adeo facile hoc definiri potest. Equidem novi, multis indifferentes videri bene multas hominum actiones, præsertim eas, quæ nihil in recessu habere putantur; sed suo loco patebit, acutioribus eas non apparere tales, qui naturæ consuetudinem intimius perspiciunt, per insensibilia incrementa ad maxima tendentis.

### §. 54.

Actiones bonæ per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales; malæ autem per diversas. Et enim actiones bonæ ad nostram statusque nostri perfectionem (§. 554. Psychol. empir.), malæ autem ad nostram statusque nostri imperfectionem tendunt (§. 565. Psychol. empir.) Enimvero actiones liberæ, quæ ad perfectionem nostram statusque nostri simul tendunt, per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales, & contra

minuet peccatum. Manifestum est autem, quod ignorantia, quæ totaliter à peccato excusat, quia totaliter *voluntarium* tollit, peccatum non diminuit, sed aufert. Ignorantia vero, quæ concomitanter se habet ad peccatum, nec diminuit peccatum, nec auget. Illa igitur sola ignorantia potest peccatum minuere, quæ est causa peccati: Et tamen totaliter à peccato non excusat.

Contingit autem quandoque, quod talis ignorantia directe & per se est voluntaria; sicut cum aliquis sua sponte nescit aliquid ut liberius peccet, & talis ignorantia videtur augere *voluntarium* & peccatum: Ex intensione enim voluntatis ad peccandum provenit, quod aliquis vult subire ignorantie damnum propter libertatem peccandi.

Quandoque vero ignorantia, quæ est causa peccati, non est directe voluntaria, sed *indirecte* vel *per accidens*; puta cum aliquis non vult laborare in studio,

tra quæ ad imperfectionem nostram statusque nostri simul tendunt, determinantur per diversas (§. 49. 52.) Quamobrem quæ actiones bonæ sunt, per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales; malæ autem quæ sunt, per diversas rationes finales determinantur.

Fœcundissimum hoc est in philosophia practica principium, quemadmodum ex sequentibus abunde patebit. Non nego, quod, qui edit actionem bonam vel malam, non semper perpendat rationem istam finalem; sed sufficit, quod per eam determinari possit ac debeat, quodque per eam determinetur, quatenus physicè spectatur.

### §. 55.

Si actiones liberæ per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales; Bonæ sunt: Si vero determinantur per diversas; malæ sunt. Si actiones liberæ per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales; ad perfectionem hominis tendunt (§. 49.) Actiones bonæ sunt, quæ ad perfectionem hominis tendunt (§. 554. Psychol. empir.)



dio, ex quo sequitur eum esse ignorantem; vel cum aliquis vult bibere vinum immoderate, ex quo sequitur, eum inebriari, & discretionem carere: Et talis ignorantia diminuit *voluntarium*, & per consequens peccatum. Cum enim aliquid non cognoscitur esse peccatum, non potest dici, quod voluntas directe & per se feratur in peccatum, sed per accidens: Unde ibi est minor contemptus, & per consequens minus peccatum.

*Ad Primum* ergo dicendum, quod ignorantia, secundum quam omnis malus est ignorans, non est causa peccati, sed aliquid consequens ad causam, scilicet ad passionem vel habitum inclinantem ad peccatum.

*Ad Secundum* dicendum, quod peccatum peccato additum facit plura peccata, non tamen facit semper majus peccatum: quia forte non coincidunt in *idem* peccatum, sed sunt

Ergo si actiones liberae per easdem rationes finales determinantur, per quas determinantur naturales, bonae sunt. Quod erat unum.

Similiter si actiones liberae per diversas rationes finales determinantur, quam per quas naturales determinantur; ad imperfectionem hominis tendunt (§. 49.) Enimvero si actiones liberae ad imperfectionem hominis tendunt, malae sunt (§. 565. Psychol. empir.) Quamobrem si actiones liberae per rationes finales diversas ab iis determinantur, per quas naturales determinantur, malae sunt. Quod erat alterum.

Propositio haec conversa prioris est: eadem vero sapientius utimur. Non licet excipere, actionem aliquam posse ab agente rationali determinari per easdem rationes finales, per quas naturales determinantur, & hoc non obstante tendere ad imperfectionem hominis, consequenter malam esse (§. 565. Psychologia empir.), veluti si quis appetit cibum vitae ac sanitatis conservandae gratia, quem eidem prodesse arbitratur, cum tamen adverteatur. Enimvero determinatio actionis liberae sic praesupponit erro-

sunt plura. Et potest contingere, si primum diminuat secundum, quod ambo simul non habeant tantam gravitatem, quantam unum solum haberet: Sicut homicidium gravius peccatum est, si sit à sobrio homine factum, quam si fiat ab ebrio homine, quamvis haec sint duo peccata: quia ebrietas plus diminuit de ratione sequentis peccati, quam sit sua gravitas.

*Ad Tertium* dicendum, quod verbum Ambrosii potest intelligi de ignorantia simpliciter affectata; vel potest intelligi in genere peccati ingratitude, in qua summus gradus est, quod homo etiam beneficia non cognoscat: vel potest intelligi de ignorantia infidelitatis, quae fundamentum spiritalis aedificii subvertit.

*Ad Quartum* dicendum, quod ebrius meretur quidem *duplices maledictiones* propter duo peccata quae committit, scilicet ebrietatem & aliud peccatum, quod ex ebrietate se-

errorem, huicque debetur, quod mala sit, quae bona existimatur. In theoria autem supponimus, determinationem esse ab omni errore liberam. Quæritur enim, quomodo sese habeant actiones humanae, si secundum rei veritatem spectentur omnia, quae circa eas consideranda veniunt. Nimirum qui in dato exemplo cibum appetit sanitatis conservandae gratia, si cum ratione agit, nosse utique debet, cibum quem nunc appetit, non esse sanitati inimicum, sed salubrem: alias actio vitatur per intellectum, etsi non vitietur per appetitum, sed haec ex sequentibus clarius elucescent, ubi distinctius exposituri sumus, quomodo actiones liberae fiant vitiosae. Hic sufficit notasse, citra errorem seu ex rei veritate actiones liberas per easdem rationes finales cum naturalibus determinari minime posse, nisi cum naturalibus ejusdem sint naturae, adeoque ad perfectionem hominis tendant, quemadmodum jam ante annotavimus (not. §. 54.) Curandum nobis est, ut non modo facultas appetitiva, verum etiam cognoscitiva nullo labore defectu: neque enim ulla concipitur actio humana absque utriusque facultatis actibus. Notandum praeterea est, actiones



quitur: Tamen ebrietas ratione ignorantiae adjunctae diminuit sequens peccatum, & forte plus, quam sit gravitas ipsius ebrietatis, ut dictum est Art. II. Vel potest dici, quod illud verbum inducitur secundum ordinationem cujusdam Pittaci legislatoris, qui statuit, ebrios, si percusserint, amplius puniendos: non ad veniam respiciens, quam ebrii debent magis habere, sed ad utilitatem; quia plures injuriantur ebrii quam sobrii, ut patet per Philosophum in II. Politicor. (prope finem.)

*Atque hic absolvit propositam questionem D. Thomas. Wolffius, quem è latere minori caractere postuimus, diu adhuc in sabulo luctatur, donec ad nescio quid perveniat.*

liberas dupliciter spectari posse, scilicet quatenus physice determinantur, tum quatenus determinantur libera nostra voluntate. Determinatio actionis liberae physica & ea, quæ proficitur à libertate, per easdem rationes fieri debet finales, ne contradictionem involvat. Quodsi itaque determinatio libera à contradictione immunis esse debet, fieri haudquaquam potest, ut cibum sanitatis conservandæ gratia appetas, qui eidem infestus est, adeoque determinationem istam non admittit. Sane voluntate nostra non efficitur possibile, quod in se impossibile est.

*Hic exscribendi forent pluri paragraphi ad bonitatem & rectitudinem actionum pertinentes, qui omnino spem præberent, Wolffium tandem devenire posse ad nostram questionem, scilicet, an & quousque Ignorantia causet, augeat, minuatve peccatum? Verum ego, nisi totum qua late patet librum describendum sumam, vix ad rem propositam tandem adveniam: banc nimirum, ut videat*

*videat lector, quomodo D. Wolffius Questionem hanc à Sancto Thoma versatam suamet methodo scientifica decernat, eaque quæ ipse primus in philosophia practica invenit, à nemine alio cogitata, valere nunc faciat, atque mathematice demonstrata in palpabili luce constituat?*

*Verum advertes, me etiam non admonente, lector sapiens, Divi Thomæ tractationem hic è latere positam, jam jam esse absolutam & ad calcem deductam. D. Thomas jam non tantum totam questionem pulcherrime distinctam solide, & ut ad res humanas à quolibet applicari potest, elucidavit, sed multa insuper, quæ ab acutissimis cavillatoribus contra objectari possent, solertissime dissolvit. Wolffius, interim, ut tute vides, adhuc in limine hæret, post tot paragraphos, demonstrationes, & scholia longissima.*

*Forte inquis, non necesse fuisse, ut omnes isti paragraphi exscri-*